

& qui sanctum illum uisitauit: externi generis ambo: ut eorū fidei detrahī nihil possit. Dicant excogitent: quantum uis tergiuersentur. Profecto nisi damnari pertinacię cupiunt: dubitare de loco non possunt: Quia in hoc templo sit collocatus. Quanta uero tunc fuerit sanctus noster nominis celebritate fauentinus iste declarat. Posteaq; etiam ex flaminia ad eum uenerandum populi confluebant. Nec ex reliqua italia idem factum dubitare licet. Minus quoq; ex oriente: ubi celebri fuerat fama: Quā ex galliis hispaniisq; sepissime illorum principum nunc ueniant ad eum uenerādum. Lodus francorum rex his annis uoti gratia soluendi quo se obstrinxisset: Ducentos aureos sancto offerendos trāsmisit. Neq; causetur quispiam me miracula persequi. Non enim illud ego uisum egroti pro argumēto recipio quo beatus illi Marcus: aut ille candidatorum chorus apparuit. Accipio infirmi uerba confitentis illud se corpus assidua ueneratione uisitasse. Quae qdem omni miraculo carent. Si aut psequendi miracula cupido incesseret: nō ego unum: alterum ue: sed innumera habeo: quę pferam & maxima: & omni memoria digna. Quibus abstinentia est: tum ne longior siam: tū ne maioris calunnie relinquam locum iis qui ad credenda miracula tardiores existunt. Ut autem per seculorum ordinem incedamus sequuntur anni post centum alios andreae Danduli ducis qui scripsit historiam. Nam declarare mens est singulis quibusq; seculis non dubitatum eo in templo quiescere. Sribit etenim prius seriem apparitionis ī eandem & ipse formam. Subdit deinceps sacratissimum sese illius corpus uidisse: his uerbis. Die itaq; octava octobris subsequentis dedicata ecclesia: consciisq; duce primicerio & procuratore reuerendum corpus ī ea secrete collocatur. Locus igitur omnibus usq; in hodiernum diem prēterq; eorum successoribus extat ī cognitus. Nec propterea nesciētum fides uacillet: quum ego q̄ loquor procuratori gerens officium: nunc Christi gratia dux effectus possim dicere uerba Ioannis ca. xviii. Et qui uidit testimonium perhibuit: & uerum est testimonium eius. Et ille scit quia uera dicit: ut & uos credatis. Et Ioannis penultimo ca. ut credentes eius meritis uitam habeatis. Addit deinceps Henrici quarti testimonium: Qnod supra diximus. Omittamus de Andreā Danduli persona nunc dicere: ut princeps fuerit huius ciuitatis: ut in eo principe fuerint quęcunq; magna desiderari possunt. Ingenium doctrina: Iurisdi uini humaniq; scientia. Usum uero omniumq; rerum notitiam. Sed nihil aliud chronici libri quos supradixi abunde testantur. Quibus totius orbis historiam a Christi nativitate complexus est. Duo tantum considerare nunc libet: Quid se uidisse dicat: & eam rem quibus afferat uerbis. Posteaquam apparitionem sancti descripsit: Gessisse se illius ecclesiae

reco^{III} 13. Sicut oī in pīoē mālīmū. Nulla cīlītū propīo ad lītū
pīoēmā fīaūdū vītā: qīlīcīs mācīs lālīs cīlītū. rālīlībī cālīcīs cīlītū